A ejus virtutum et præcipua alia ornamenta, Justum ab omnibus cognominatum, primum Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcoporum creant. Testatur hoc Clemens contextior in sexto Dispositionum libro, ad hunc modum sribens: « Petrus et Jacobus et Joannes, quos Dominus præcipuo dignatus fuerat honore, post ascensionem ejus, gloriam non affectarunt, sed Jacobum Justum episcopum Hierosolymorum elegerunt. In septimo autem ejusdem argumenti libro haec quoque de eo commemorat: « Jacobo Justo, et Joanni, et Petro post resurrectionem Dominus cognitionem et scientiam tradidit. Hanc illi reliquis apostolis, atque ii rursum aliis septuaginta, quorum unus quoque Barnabas fuit, tradiderunt. Duo autem fuere Jacobi: alter Justus, qui ex templi pinnaculo dejectus, et a fulrone fuste ad necem usque cœsus est; alter autem qui capite est ab Herode plexus. » 134 Justi porro istius et Paulus mentionem facit, sribens: *Alium autem ex apostolis quemquam non vidi, præter Jacobum fratrem Domini*<sup>22</sup>. Porro divinus Evodius, qui et ipse sanctorum apostolorum successor fuit, in Commentariis suis, præcipue autem in epistola quam *Lucem* inscripsit, haec quoque posuit, « *Christus, inquietus, manibus ipse suis Petrum tantummodo baptizavit. Petrus porro Andream, et filios Zebedæi. Ii deinceps reliquos apostolos. Septuaginta autem illos Petrus et Joannes Theologus dictus baptizarunt.* » Adjicit is præterea illa: « *A baptismō usque ad passionem Christi intercessisse annos tres: a passione vero, resurrectione, et ascensione ejus in cœlos, usque ad lapidationem Stephani annos septem: a Stephani deinde martyrio, usque dum Paulum lux circumfudit, menses sex. Inde usque ad sanctæ Dei Genitricis decessum, annos tres. Ceterum tempus omne a nativitate Christi usque ad Dei Genitricis migrationem, annos fuisse dicit quadraginta quatuor. Totius autem vitæ ejus, annos quinquaginta novem. Siquidem trimula cum esset, in templum est præsentata, et ibi in sanctis sanctorum traduxit annos undecim. Deinde vero sacerdotum manibus Josepho ad custodiā est tradita: apud quem cum menses peregisset quatuor, ab angelo Gabriele lœtum illum accepit nuntium. Peperit autem mundi ipsius lucem, annum agens quindecimum, vicesima D quinta die mensis Decembri. Deinceps alios annos peregit triginta tres, quos etiam æternum et antæsculare Verbum et Filius ejus in terris exegit. Post crucis autem supplicium illud in domo Joannis annos implevit undecim: ut statis ejus anni simul collecti sint quinquaginta et novem. In ea ipsa Joannis domo primum Pascha mysticum convivium Dominus cum discipulis instituit. Inde hymno dicto in montem Olivarum exierunt, ad villam Geisemani. Ibidem propter metum Judæorum discipuli claudebantur. Ibidem etiam foribus*

<sup>22</sup> Galat. iv, 19.

clausis, cum resurrexisset, ab ipsis est visus, cum in faciem quoque eorum inspiravit, et Spiritum eis sanctum dedit. Ibi octavo post die Thomæ fides est confirmata: 135 eo Spiritus sanctus, specie linguarum, ipsa Pentecoste advenit. Ibidem Iacobum Justum primum Hierosolymorum episcopum apostoli ordinarunt, et Stephanum cum reliquis sex diaconis legerunt. » Hanc porro domum Joannes fertur comparasse post mortem patris sui Zebedæi, qui quidem propriæ navis rector fuisse perhibetur, celebris inter Galilæam incolas vir. Decedens autem in Galilæam, filiis ambobus Jacobo et Joanni hæreditatem reliquit. Joannes igitur patrem suam, quem ex hæreditate ei cesserat, Caiphæ ejus anni pontifici vendiderat. Quapropter, per venditionis ejus addictionem, notus quoque ei erat, sicuti ipse in Evangelio suo dicit. Alienata autem ad eum modum, quam ei obvenerat in Galilæam, possessione, aliam domum Hierosolymis ad sanctam (ita enim dicta erat) Sion, sibi comparavit, in qua deinde purissima mater Christi, ad extremum usque diem suum vitam peregit. Consimiliter vero et frater Jacobus fecit; nom et is, bonis suis in Galilæam alienatis, Hierosolymis fuit, atque ibi salutare verbum duodecim tribubus Israel prædicavit. Non importunum equidem, ut puto, fuerit, praesenti inserere historię, quam divinus Hippolytus Portus veteris Romæ episcopus, de Jacobo (1) fratre Dei memoriam mandata reliquit: « Joseph, inquietus, faber, ex uxore sua Salome (quam quidem filia fuit Aggæi, fratris Zachariæ prophetæ, ejusdemque Joannis Baptista patris: Zacharias vero et Aggæus filii erant Barachim sacerdotis) quatuor suscepit masculos filios, Jacobum, Simeonem, Judam, et Josen: et item filias duas, Esther et Thamar (2): ita ut Saloms ipsa, et Joannes Baptista, duorum fratrum marium liberi fuerint. Etenim Aggæus filius quidem est Barachim, patruus autem Joannis. Similiter et Zacharias frater quidem Aggæi, patruus autem Salomæ Josephi conjugis. Salomen porro dico, non illam in Bethlehem obstetricem (illa enim Bethlehemita, consobrina Elizabethæ erat, et item sanctæ virginis Mariæ, ut hoc sacrum Lucas Evangelium indicat). 136 siquidem tres fuere sorores Bethlehemitæ filie Matthan sacerdotis, et Mariæ conjugis ejus, sub Cleopatram et Casoparim Persæ regno, ante Herodis Antipatri filii regnum. Primæ Mariæ secundæ Sobæ, tertie Annæ nomen erat. Nupsit prima in Beethleem Maria, et peperit Salomen obstetricem. Nupsit quoque secunda ilitidem in Beethleem Sobe, et genuit Elizabetham. Nupsit postremo et tertia Anna in terra Galilæa, et protulit Mariam Dei Genitricem, ex qua nobis

A Πνεῦμα τὸ ἄγιον δίδωσιν. Ἐκεῖ τῇ δύδόῃ ἡμέρῃ τὰ κατὰ τὸν Θωμᾶν ἐπιστοῦτο. Ἐκεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἄγιον ἐν εἶδε: γλωσσῶν κατὰ τὴν Πεντηκοστὴν ἐπεδήμησεν. Ἐκεῖ καὶ τὸν δίκαιον Ἰάκωβον πρῶτον ἐπίσκοπον τῶν Ἱεροσολύμων ἐχειροτόνησεν, καὶ Στέφανον καὶ τοὺς ἔξ δικαιώνυμους προύβαλιντο. » Τὴν δὲ οἰκίαν ταύτην τὸν Ἰωάννην πρίνθια μετὰ θάνατον, λόγος, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ζεβεδαίου; δος ἰδιονεύκληρος λέγεται. ἐπίστημος δὲ ἦν τῶν ἐν Γαλιλαΐ μετοικούντων ἀνδρῶν. Τελευτῶν γάρ, ἔμφω τοῖς υἱοῖς τὸν ἐν τῇ Γαλιλαΐ κλῆρον εἴσαντες, Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. Οὐ γάρ τοι διὰ τὴν καταλλαγὴν καὶ γνωστὸς αὐτῷ ἦν, ὃς ἐν τῷ κατ’ αὐτὸν Εὐαγγελίῳ φησίν. Β Αποβαλόμενος δὲ τὴν ἐν τῇ Γαλιλαΐ κτῆσιν, οὗκον ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ λεγομένῃ, ἀγίᾳ Σιών προσεκτήσατο ἔπειρον. Ἔνθα ἡ πάνταγνος μῆτρα Χριστοῦ ἦχε: καὶ τῆς ἑσχάτης αὐτῆς διῆγεν ἡμέρας. Ἐπίστης δὲ καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἰάκωβος ἐπραττε· καὶ οὗτος γάρ τὴν ἐν τῇ Γαλιλαΐ κτῆσιν παρωσάμενος, εἰς Ἱεροσόλυμα γεγονὼς, κτερύσσων ἦν τὸν σωτήριον λόγον ταῖς διώδεκα φύλαξι τοῦ Ἱερατοῦ. Οὐκ ἀπάρον δὲ οἷμαι καὶ ταῦτα παρενέιρι τῇ Ιστορίᾳ, τῷ θείῳ Ἰππολύτῳ, δος Πόρτου τῆς πρεσβυτέρας; Ρώμης ἐπίσκοπος ἐπύγχανεν ὅν, εἰρημένα, περὶ τοῦ ἀδελφούτερού του Ἰακώβου. « Ιωσήφ, λέγων, ὁ τέκτων, ἐκ τῆς γυναικὸς ς τοῦ Σελώμης, ηὗτις ἦν θυγάτηρ Ἀγγαίου, ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ προφήτου καὶ πατρὸς τοῦ βαπτιστοῦ Ἰωάννου, ὁ δὲ Ζαχαρίας καὶ Ἀγγαῖος ς τοῦ Βερρακίου τοῦ ἀρχιερέως, τέσσαρας ἔργανας ς τοὺς γεννῆ, Ἰάκωβον, Σίμωνα, Ἰούδαν καὶ Ιωσήπον. Καὶ θυγάτερας δύο, τὴν Ἐσθήρ τε καὶ τὴν Θάμηρ. ὡς εἶναι τὴν Σαλώμην καὶ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην, ἀδελφούς διὸ τέκνα ἀρρένων. Ο γάρ Ἀγγαῖος ς τοῦ μὲν ἐπί Βερρακίου, θείος δὲ Ἰωάννου ὁ δομοίως καὶ Ζαχαρίας, ἀδελφοὶ μὲν Ἀγγαῖος, Σαλώμης δὲ θείος τῆς γυναικὸς Ιωσήφ. Σαλώμην δὲ φριμοὶ οὐ τὴν ἐν Βηθλέεμ μαζίν. ἐκείνη γάρ ἀπὸ Βηθλέεμ οὔτι, ἀνεψιὴ τῆς Ἐλισάβετ ἦν, καὶ τῆς ἀγίας παρθένου Μαρίας, ὡς δηλοῖ τὸ κατὰ Λουκᾶν ιερὸν Εὐαγγέλιον. Τρεῖς γάρ ἡσαν ἀδελφαὶ ἀπὸ Βηθλέεμ, θυγατέρες Μαρίαν τοῦ ιερέως, καὶ Μαρίας τῆς αὐτοῦ γυναικὸν ἐπί τῆς βασιλείας Κλεοπάτρας καὶ Κασσώπαρος τοῦ Πέρσου πρὸ τῆς βασιλείας Ἡρώδου ς τοῦ Ἀντιπάτρου. « Οὐνομά τῇ πρώτῃ Μαρίᾳ καὶ τῇ δευτέρᾳ Σόδῃ, τῇ δὲ τρίτῃ Ἀνανίᾳ ὄνομα ἦν. Ἐγγιμεν ἡ πρώτῃ, ἐν Βηθλέεμ ἡ Μαρία, καὶ ἐτέκε Σαλώμη τῇ μαζίν. ἔγημεν ἡ δευτέρᾳ ἐν Βηθλέεμ ἡ Σόδη, καὶ ἔγένησε τὴν Ἐλισάβετ. Ἐγγημε καὶ ἡ τρίτη, Ἀνανίας γῆ τῆς Γαλιλαΐας, καὶ ἔτενησε Μαρίαν τὴν θεοτόκον, ἐξ ἣς ἀνέτελεν ἡμῖν Χριστὸς ἡ ἀλύθεια. Ως εἶναι τὴν τε Σαλώμην ἐκείνην τὴν μαζίν, τὴν Ἐλισάβετ,

Antidicomarianitas. Hieronymus: « Jacobus, qui appellatur frater Domini, cognomento Justus, ut noualli existimat, Josephi ex alia uxore, ut autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini, cuius Joannes in libro suo meminuit, filius. »

(2) Mariam et Salomon. Epiph.

(1) Epiphanius, adversus Nazarenos, scribit Jacobum hunc primogenitum filium Josephi, non ex Maria virgine matre, sed ex conjuge alia susceptum et sancticulatum fuisse: eidemque fratres addit, Josen, Judam et Symeonem; itidem ut Hippolytus. Hoc ipsum quoque Epiphanius scribit adversus

καὶ τὴν Θεοτόκον, ἀδελφῶν τριῶν θηλειῶν θυγατέρας. Ἐντεῦθεν οὖν ὁ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, καὶ Ἰησοῦς ὁ ἀλτηνὸς Θεὸς ἡμῶν, ἀνεψιοὶ λέγονται εἶναι, εἴτουν ἔξαδελφοι. Μίος δὲ τοῦ Ἰωάννη τοῦ Χριστὸς λέγεται εἶναι, ἐπειδὴ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἀδελφὸς ἐστιν, ἐκ τῆς συναντοροφῆς καὶ συγγενεῖς τοῦ Ἀγγέλου, ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ Ἱερέως. » Ταῦτα μὲν δὴ καὶ Ἰππόλυτος.

## ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τῶν παρ' Ἐβραίοις ἀρχιερέων, δύοις ἀπὸ Ἀαρὼν μέχρι Ἰακώβου τοῦ πρώτου Ἱεροσολύμων ἐπιστόρου, καὶ αὐτῆς ἀλώσεως Ἱερουσαλήμ διεγένοντο.

Ἐγὼ δὲ καὶ δύοις ἀρχιερεῖς ἀρκέσμενοι ἀπὸ Ἀαρὼν ἐς Ἰακώβον δὴ τοῦτον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου, καὶ ἄχρις οὗ ἡ πόλις ἐάλω, τῇ συγγραφῇ παραθήσομαι. Τοῦ Ἰακώβου τρίτος ποῖς γέγονεν ὁ Λευτὸς τοῦ Λευτοῦ Καθθ. τοῦ δὲ Καθὸς Ἀαράμι ἔτερος, ἐξ οὗ περ γίνεται Μωσῆς; τε καὶ Ἀαρὼν. Καὶ ὁ μὲν Μωϋσῆς ἡγεμόνευσε τῇς τοῦ λαοῦ πορείας ἐξ Αἰγύπτου τῷ Ἰσραὴλ· Ἀαρὼν δὲ πρῶτος ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Μωσέως χρίεται. Πρῶτος οὖν Ἀαρὼν· δεύτερος Ἐλεάζαρ· τρίτος Φινέες· τέταρτος Ἐλιέζερ· πέμπτος Βοχὴ· ἕκτος Ὁζεί· ἔβδομος Ἡλεί· ὅγδοος Ἀχιτάβ· ἐφ' οὗ δὲ προφῆτης Σαμουὴλ προφῆτης ἦν ἄμα καὶ ἵερες, καὶ κριτῆς τοῦ λαοῦ· ἔνατος Ἀδιμέλεχ, ὃν ἀνεῖλε Σαοὺλ μετὰ τῶν ἱερέων διὰ τὴν τοῦ Δαυΐδ δεξιώσιν· δέκατος Ἀβιάθαρ, ὃς μόνος διασώθεις ἀπὸ τῶν ἀναιρεθέντων ἱερέων παρῆν· ἐνδέκατος Σαδών, ἐφ' οὗ δ ναὸς ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος φύκοδομῆθη· εἶτα Ἀχιμάας· τριτοκιδέκατος Ἀζαρίας, Ἰωράμ ἐπὶ τούτῳ· ἔπειτα Ἰωδᾶς, ὃς ἔτη ρόλον ἔζησεν· οὗτος καὶ τὴν Γοδολίαν ἐξαλεῖψαι τὸ τοῦ Δαυΐδ γένος βουλομένην ἀνείλε· μετὰ τοῦτον Ἀξιωράμ· Φαδίδιος ἐπ' ἐκείνῳ· καὶ ἄλλος Σουδαῖος· Ἰκούλος ἔτερος· καὶ εἰκοστὸς Ἰωάθαμος· Ούριας ὃς ἐπὶ Ἀγαζὸς καὶ Ἐζεκίου ἱερατεύει· Νηρὶ, Ἰωάς, Σελμὶ, Χελκίας, ὃς ἐπὶ Ἰωτίου τοῦ εὐσεβοῦς ἱεράτευε· Σαρέας, Ἰωσεδέκα, ἐφ' οὗ ὁ λαὸς αἰχμάλωτος ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορος ἥχθη· Ἰησοῦς ὁ Ἰωσεδέκα, ἐφ' οὗ οἱ Ιουδαῖοι ὑπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὑπὸ Κύρου ἀνείθησαν, καὶ μετὰ τοῦ Ζοροβάβελ τοῦ λαοῦ πρόστη· Ἰωακεῖμ, ἐφ' οὗ "Εσθρᾶς ἀνέγνω τοὺς νόμους· τριακοστὸς ὁ Ἐλιασθὴρ· εἶτα Ἰωάχας, ἐφ' οὗ τὰ κατὰ τὴν Ἐσθὴρ καὶ τὸν Μαρδοχαῖον ἐγένοντο· Ἰωάννας, ἔπειτα Ἰαδαῖος, ἐφ' οὗ ὁ ἐν Γρειζὶ φύκοδομῆθη ναός· Ονίας, Σίμων, Ἐλεάζαρ, ἐφ' οὗ αἱ βίβλοι ὑπὸ τῶν ορθῶν Πτολεμαῖον τοῦ δευτέρου βουληθέντος, πρὸς τὴν Ἐλλάδα μετεβλήθησαν γλωσσαν· Μανάσσης, Ονίας, Σίμων. Τεσσαρακοστὸς δ' ἡνὶ Ονίᾳς· Ἰησοῦς ἔπειτα καὶ Ονίας ἔτερος, ἐφ' οὗ τὰ δεινὰ ὑπὸ τοῦ Ἐπιφανοῦς Ἀντιόχου τῷ λαῷ συνέδη· Ἀλκιμος, ὃν κατ-

A exortus est Christus, ipsa veritas. Ita ut Salome ista obstetrix, et Elizabeth, et Dei mater, trium sororum reperiantur filiae. Proinde Joannes Baptista, et Jesus verus Deus noster, consobrini esse dicuntur, Josephi vero filius Christus esse dicitur, quod filiorum ejus frater esset, propter conversationem familiarem et cognationem Aggai, fratris Zacharias sacerdotis. » Atque hæc quidem Hypolytus.

## CAPUT. IV.

*De pontificibus Hebreis, qui ab ipso Aaron ad Jacobum primum Hierosolymitanum episcopum et ipsam captivitatem Hierosolymorum usque ordinem successerunt.*

Ego vero etiam, qui pontifices, ab ipso Aaron incipiens, ad Jacobum istum fratrem Domini, et ad captainem usque urbem fuerint, historiam huic attexam. Jacob ipsius tertius filius fuit Levi, hujus autem Caath, hujus rursum Abraham (1) alter, ex quo Moses et Aaron geniti sunt. Et Moses quidem dux professionis populi Israel ex Aegypto fuit. Aaron (1) autem primus pontifex a fratre Mose est unctus. Primus itaque Aaron, secundus Eleazar, tertius Phinees, quartus Eliezer, quintus Bocchi, sextus Ozi, septimus Eli, octavus Achitob, sub quo vates Samuel, simul propheta et sacerdos et judex populi fuit. Nonnus Abimelech, quem una cum sacerdotibus Saul, propter Davidem benigne ab eo acceptum, occidit. 137 Decimus Abiathar, qui unus ex cassis illis sacerdotibus salvis supervenit. Undecimus Sadoc, sub quo templum a Solomone constructum est: huic successit Achimaas, illi rursum tredecimus Azarias. Hunc secutus Joram: illum Jodas, qui annos centum et triginta vixit, et Godoliam Davidis genus extinguebat violentem interemit. Huic ordine successerunt Axioram, Phadæus, Sudæus, Iculus alter, et vicesimus Joatham: hunc secutus Jodas, qui temporibus Achaz et Ezechias sacris praefuit: illum Neri, Joas, Selam, Chelcias, qui sub pio Josia pontificatum administravit. Post hunc fuit Sarcas: deinde Josedeo, sub quo populus a Nabuchodonosor captivus est abductus: postea Iesu Josedeo filius, sub quo Judæi e captivitate a Cyro liberi dimissi sunt: is una cum Zorobabel Judæorum genti praefuit. Huic successit Joachim, sub quo Esdras leges recitavit. Hunc secutus tricesimus Eliasaph. Illi Joachaz, in quem res ipsius Esther et Mardochæi inciderunt. Deinde fuerunt Joannes (3), itemque Jadæus (4), quo tempore templum in Garizim ædificatum est, Onias, Simon (5), Eleazar: sub quo (6) libri de Ptolemæi, secundi sententia a septuaginta duabus interpretibus in Græcum sunt trans-

(1) Amram is dicitur Exod. vi, Num. iii.

(2) Catalogus pontificum Judaicorum et Hierosolymitarum, usque ad Jacobum fratrem Domini, initio ab Aarone sumpto.

(3) Post Joannem istum, alii Judam summum

sacerdotem ponunt, qui Jesum fratrem suum germandum Hierosolymis in templo interfecerit.

(4) Hunc alii Judam vocant.

(5) Hic Justus appellatus.

(6) Joseph. lib. ii, cap. 8.

lati sermonem. Manasses, Onias (1), Simon. Quadragesimus numero Onias, Jesus (2), et Onias alius: quo tempore populus ab Antiocho Epiphane graviter est afflictus. Alcimus (3), quem, cum non esset ex tribu sacerdotali genitus. Antiochus, Onias cassio, pontificem constituit. Hujus aestate fuit Onias, Onias filius, qui in Aegyptum profugiens, templum ibi Hierosolymitanum simile in Heliopolitanum praefectura extruxit. Post hunc quadragesimus quartus ex Asamonae filii, Judas Machabaeus; cui ordine successerunt, Jonathas frater, rursus Simon frater Joannes, qui et Hyrcanus dictus: Aristobulus, qui primus diadema sibi imposuit: Iannas, cui etiam Alexandri nomen fuit. Quinquagesimus porro fuit Hyrcanus, sub quo Pompeius Romanus dux, urbe vastata, sacra quoque templi donaria secum abstulit. Quinquagesimus primus Antigonus (4), qui Parthos propter Hyrcani inimicitias adversus templum adduxit, et ab Herode pontificatu dejectus est. Quinquagesimus secundus Anaelus ab Herode, cum non esset sacerdotalis generis, pontifex creatus est. 138 Quinquagesimus tertius Aristobulus, quem Herodes, Anaelo rejecto, substituit: idemque rursus, Aristobulo dolo cæso Anaelum restituit. Anaelo Jesus Phabi filius (5) successit: deinde Simon Herodis sacer pontifex fit: post hunc Matthias, deinde Josephus, cui Jozarus succedit. Sexagesimus porro fuit Eleazarus, sub quo Herodes pessime periit. Et vero ordine successerunt, Jesus Sæus filius, Ananus Caiphæ sacer (6), Ismaelius filius Phabi (7). Eleazarus Anani filius, Simon Camithi filius. Sexagesimus septimus fuit Caiphas, qui etiam Josephus dictus est, sub quo pro nobis salutiferam mortem Dominus obiit. Post hunc Jonathas (8) Anani filius, Theophilus ejus frater, Simon Boethi filius, deinde Jonathas Anani filius, post hunc frater ejus Matthias, mox Elinaeus: rursum Josephus Camæ filius: quem insecurus est Ananus Anani filius (9) qui Jacobum fratrem Domini, primum Hierosolymorum episcopum, interemit. Huic quoque, magna dicendi libertate usus Paulus, *Percussurus est te Deus, dixit, paries dealbate*<sup>24</sup>. Ei porro successit Gamalielis filius Jesus, huic Mathias Theophili filius: sub quo, octavo Claudi Cæsar anno, bellum contra Romanos susceptum, initium habuit. Postremus omnium Phineus fuit, sub quo urbs templum, et gens cuncta a Tito capta, omnesque et templi et legis res prorsus extinctæ corruerunt. Atque hæc quidem sic se habent. Nos vero ad apostolicarum rerum historiam ex diverticulo redeamus.

<sup>24</sup> Act. xxiii, 3.

(1) Apud alios Onias iste non recensetur, sed Manasse Simon substituitur.

(2) Hic etiam Jason dictus. Huic Antiochus sacerdotium abatulit, et id Onias, qui et Menelaus dictus, concessit. Unde seditio mota, propter Jasonem et Menelaum fratres.

(3) Alcimus a Lysia summus sacerdos constitutus.

(4) Pacorus Parthorum rex Judæis bellum indexit: Antigonus a Parthis, victis et captis Phasello et Hyrcano, rex constituit. Phasellus sibi mortem concivit. Antigonus Hyrcano aures pre-

A ἑστησεν δὲ Ἀντίοχος, μὴ ὅντες ἐκ φυλῆς ἱερατικῆς, ἀνελὼν τὸν Ὀνίαν. Ἐπὶ τούτου καὶ Ὀνίας ὁ τοῦ Ὀνίου οὐδὲς, φυγῶν εἰς Αἴγυπτον, ναὸν δμοιον τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκοδομεῖ ἐν τῷ Ἰλιουπόλιτῃ νομῷ· μᾶς Ἰουδας δὲ Μακκαβεος, ἐκ τῶν πατέων Ἀσαμανίου ὄν. Είτα Ἰουνάθαν ὁ ἀδελφός· καὶ Σέμων ὁ ἀδελφός· Ἰωάννης, ὁ καὶ Ὑρκανός· Ἀριστόδουλος, ὃς καὶ διάδημα πρώτος ἔκανε τῷ περιτίθησιν. Ἰαννᾶς, δὲ καὶ Ἀλέξανδρος· πεντηκοστὸς δ' ἦν Ὑρκανός, ἐφ' οὐ πομπήιος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, τὴν πόλιν πορθῆσας, τὰ τοῦ Ἱεροῦ κειμένηα προσαφείλετο· ναὶ Ἀντίοχος, δὲς Πάρθους κατά τοῦ Ἱεροῦ ἐπηγάρετο, κατὰ Ὑρκανοῦ, ὑπὸ δὲ Πρώδου τῆς Ἱερωσύνης ἐκβάλλεται· νοῦτος Ἀνάτηλος, ὑπὸ Ἡρώδου καταστατεῖ, οὐ τοῦ ἀρχιερατικοῦ γένους ἦν· Ἀριστόδουλος δὲν Ἡρώδης καθίστησι, τὸν Ἀνάτηλον διωσάμενος· καὶ αὐτὸς διολοφονήσας τὸν Ἀριστόδουλον, καθίστησι τὸν Ἀνάτηλον. Τούτον δὴ τὸν Ἀνάτηλον Ἰησοῦς δὲ τοῦ Φαβί διαδέχεται. Είτα Σίμων δὲ Ἡρώδου κηδεστής γίνεται· μεθ' δὲν Ματθίας· εἶτα Ἰωσῆπος, δὲν Ἰώσαρος, διεδέχετο. Ἐξηκοστὸς δ' ἦν Ἐλεάζαρος, ἐφ' οὐδὲν Ἡρώδης ἐτελέστητα κακῶς· Ἰησοῦς δὲ τοῦ Σεέ, μεθ' δὲν Ἀνανος δὲ τοῦ Κατάφα πενθερός· Ισμάγλος δὲ τοῦ Φαβί· Ἐλεάζαρος δὲ τὸν Ἀνάνου. Σίμων δὲ Καμίθου. ἔτι δὲν Κατίρχος, δὲ καὶ Ἰωσῆπος, ἐφ' οὐδὲν τὸ σωτήριον πάθος δὲ Κύριος ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν κατεδέχεται. Ἰωνάθη ὁ Ἀνάνου, Θεόφιλος δὲ αὐτοῦ ἀδελφός, Σίμων δὲ Βοητοῦ, ἐδομηκυστὸς δὲ πάλιν Ἰωνάθης δὲν Ἀνάνου· εἶτα Ματθίας δὲ ἀδελφός, Ἡλιναῖος· Ἰωσῆπός τε δὲ τοῦ Καμῆ· Ἀνανος Ἀνάνου, δὲν Ἰάκωβον τὸν τοῦ Κυρίου ἀδελφὸν καὶ πρῶτον Ἱεράρχην τῶν Ἱεροσολύμων ἀνείλεν· φέτος δὲν Παῦλος παρῆρται ζύμενος, Τύπτειν σε μέλλει δὲ Θεός, τοῖχε κεκονιαμένε, ἔξτιπεν· Ἰησοῦς δὲν Γαμπλιτήλ· δύδονηκυστὸς ἐπὶ τούτοις Ματθίας δὲ Θεοφίλου, ἐφ' οὐδὲν δὲ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος ἔτει δύδονη τοῦ Καίσαρος Κλαυδίου τὴν ἀρχὴν εἰληφει· καὶ ἐπὶ πᾶσι τελευταῖος Φιναῖος ἐφ' οὐδὲν τε πίλις καὶ δὲ ναὸς καὶ τὸ ἔθνος ἀπαντά διάπολις Τίτου ἐξέλω, καὶ πάντες τὰ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ νόμου, παντάπασιν ἀπέσθην καὶ διερρύνεται. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις ημεῖς δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τὴν τῶν ἀποστολικῶν Πρᾶξεων τὴν τῆς ιστορίας δύμην ἀνάγωμεν.

C Theophili filius: sub quo, octavo Claudi Cæsar anno, bellum contra Romanos susceptum, initium habuit. Postremus omnium Phineus fuit, sub quo urbs templum, et gens cuncta a Tito capta, omnesque et templi et legis res prorsus extinctæ corruerunt.

Atque hæc quidem sic se habent. Nos vero ad apostolicarum rerum historiam ex diverticulo redeamus.

D scidit. (Hegesipp. lib. i; Joseph. lib. xiv, cap. 24.)

(5) Alii habent, *Sabetis fil.*

(6) Ananum Cyrenius sumnum pontificem constituit. (Joseph. lib. xviii, cap. 5).

(7) Ismaelius Jabi filium, Valerius Gratus Anano amoto pontificem creavit, ut supra lib. i, cap. 29.

(8) Sed non pontificatus hujus tempore. Nam hic in annum a Christi nativitate 22 incidit. Anno porro Christi 33 idem Caiphas pontifex fuit, cum Christus pro nobis, etc.

(9) Pro Anano in Evang. legitur Annas, et in Act. apost. Ananias.

## ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος, καὶ  
Παύλου τοῦ σκεύους τῆς ἔκλογῆς.

Στεφάνῳ πλείστη χάρις τοῦ Πνεύματος ἦν, πολλῶν τε σύτουργὸς ἐγένετο τεραστίων. Ἐπεὶ δὲ καὶ λόγου δυνάμει κρατῶν δημηγορῶν οὐκ ἀντεῖ, πειθῶν πάντας σέβειν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύρον ἔξαπτει μὲν εἰς μηνίαν τὸ Ἰουδαϊκόν· καὶ ἀφθόνοις λίθοις παρ’ ἔκεινων βληθεῖς, πρώτος τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀνεδήσατο στέφανον. Ἐτι δ’ οὖν ἐμπνέων, δόξῃ θείᾳ καταυγασθεῖς, διερήγαγτος μὲν ἐώρα τοὺς οὐρανούς, τὸν δὲ Σωτῆρα ἐξ δέξιῶν ἐστῶτα Θεοῦ, ἐπιρρήωντα δῆθεν αὐτὸν. Ἐκεῖνος δὲ, δόλῃ ψυχῆς πρὸς τὸν ποθούμενον διαβαλών, ὑπὲρ τῶν φονευτῶν ηὔχετο, μῆτη τὴν ἀμαρτίας τούτων ἐν λόγῳ ποιεῖσθαι· Θεόν. Οἱ μὲν οὖν οὕτω διεβίνειν πρὸς Θεόν. Μεγίστου δὲ ἐντεῦθεν καὶ πρώτου διώγμου πρὸς αὐτῶν Ἰουδαίων κατὰ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας γεγενημένου, καὶ τῶν μαθητῶν ἀπάντων πλὴν τῶν ὀδόντων ἀνέ τε τὴν Ἰουδαίαν καὶ τὴν Συμάρειαν διασπαρέντων, τινὲς τούτων καὶ ἔως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας ἤκον, οὕπω μὲν τολμῶντες τοῖς θύεσι τοῦ τῆς πιστεως λόγου μεταδιδόναι· μόνοις γε μὴν Ἰουδαίοις τούτον κατηγγέλον. Τηνικάδε καὶ Παύλος ἐν Ταρσῷ μὲν τῆς πόλεως ὥν, τῷ πτερῷ δὲ νόμῳ, Φαρισαῖος γάρ ἦν, ὑπὸ διασκάλψ Γαμαλίῃ ἐς ἀκρίβειαν παιδεύθεις, καὶ τῷ νομικῷ ζῆλῳ δικαιόμενος, δρῶν τούτον ἡδη ταῖς ἀποστολικαῖς κατασειώμενον ἐμβολαῖς, τὴν Ἐκκλησίαν σφοδρῶς ἐλυμαίνετο. Καὶ δὴ πρῶτα μὲν τῇ ἀναιρέσει Στεφάνου σύμβολος ὥν, τὰ τῶν λίθοις αὐτὸν βαλόντων ἴματια διετήρει· τοῖς οἷοις δὲ τῶν πιστῶν προσβάλλων, οἵα τις θήρ ὡμός τε ταῖς ἄγριοις, ἀνδράς τε καὶ γυναικαῖς εἴλκε, καὶ φυλακῆς οἷοις παρεδίδου, καὶν ἐς ὕπερον ὅφε ποτε σφοδρῶς ἐπτιγίζων, ἐπιστολὰς πρὸς τῶν ιερέων αἰτῶν ἀδειαν τούτῳ ἐπιφεισίσας, τὸ πρὸς βουλῆς κακὸν τῇ ἐν Δηματῷ Ἐκκλησίᾳ διαπράττεσθαι· ἐκλογῆς σκεύος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι’ ἀνθρώπων, ἀλλὰ δι’ ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπόστολος μέγιστος ἀναδείκνυται, οὐρανῷ φωτὶ τὴν ὅψιν κατασθεῖσις, καὶ φωνῇ ἐκεῖθεν ἀνελκυσθεῖσις, Σαοὺλ, Σαοὺλ, λεγούσῃ, τῇ με διώχεις; δις, Ἄνανιον τὰς χειρας ἐπιβλόντος δι’ ἀποκαλύψεως, εἶδεν αὐθίς· καὶ τὰ ἐνδὸν μᾶλλον καταυγασθεῖς, αὐτίκα οἰος καθ’ ἡμῶν ἐπνει, τοιοῦτος ὑπὲρ ἡμῶν ἦν· ὡς τάχιστα παντὶ τῷ προστυχόντι παριστῆν ἔχειν ἐκ τῶν Γραφῶν, ἀληθῆ Θεὸν εἶναι Χριστόν· ἐς τοσοῦτον δὲ μίσος τοῖς δύοφύλοις ἐλθεῖν, ταῖς τῶν λόγων πλεκτάναις ἀφυκτοῖς ἔχουσι τὴν ἀπολογίαν, ὡς καὶ κρύψα θάνατον αὐτῷ βούλεσθαι σκαιωρεῖν· ἐφήδρευόν τε ταῖς πύλαις τῆς πόλεως Δαμασκοῦ· καὶν οἱ μαθηταὶ τὸ δράμα διεγνωκότες, καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους χαλάσσαντες ἐν σπυρίδῃ· δις καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις γενόμενος, πειραν προσῆγον ἐς ταυτὸ συνιέναι ταῖς μαθηταῖς. Δόλον δ’ ἐκεῖνοι τὰ Παύλου οἰδόμενοι, ἐξετρέ-

A

## 139 CAPUT V.

*De Stephano primo martyre, et Paulo vase electionis.*

Stephano plurima Spiritus gratia erat, multaque is prodigia edebat: et cum eloquentia multum valeret, concionarique non cessaret, omnibus Servatoris et Domini cultum suadens, furore Judæi accenduntur. A quibus ingenti vi lapidum obrutus, primus ipse pro Christo mortuus, στέφανον, hoc est coronam accepit. Cæterum cum adhuc spiraret, divina illustratus gloria, cœlos apertos, et Servatorem ad dextram Dei stantem, seque confirmantem vidit. Itaque ipse anima tota ad desideratum illum anhelans, pro percussoribus suis, ne eorum peccata Deus in rationem aliquam computaret, orans, ita ad Deum migravit. Maxima vero inde et prima a Judæis Ecclesiæ Hierosolymitanæ coorta est persecutio. Porro discipuli omnes, extra duodecim illos, per Judæam et Samariam dispersi sunt. Quidam etiam eorum ad Phœnicem, et Cyprus, et Antiochiam usque pervenere. nondum illi gentibus ipsius fidei verbum communicare ausi, solisque tantum Judæis id annuntiantes. Tum Paulus quoque, Tarso civitate ortus, cum in lege patria (Pharisæus enim erat) accurate et diligenter a præceptore Gamaliel eruditus esset, emulazione legis flagrans, eamque apostolico marte admodum concuti videns, multum detrimenti Ecclesiis afferebat. Ac primum quidem cœdis Stephani suasor erat, eorumque vestes, qui lapides in illum jece- rant, servaverat. Deinde in domos fidelium impe- lum, tanquam agrestis quæpiam et immanis fera, faciens, viros simul et feminas vincitas trahebat, et in carcерem conjiciebat. Sed is postea, serius aliquanto, ingentes admodum minas spirans, epistlesque a sacerdotibus, impune ei fore quidquid aduersi, arbitrio suo, in Ecclesiam Damascenam contulisset, petens, Electionis vas, non ex hominibus, neque per homines, sed per revelationem Iesu Christi 140 et Dei Patris, qui illum ex mortuis suscitavit, maximusque Apostolus designatur, cum quidem cœlesti lumine oculi ejus perstricti atque extinti, et voce cœlitus ab instituto suo retractus esset, Saul, Saul, dicente, quid me perseque- ris? Hic, cum ei Ananias per arcanam revelationem manus imposuisset, visum recipit: et in animo suo longe etiam magis illustratus, confestim quam antea contra nos ferociter spirabat, tam acriter pro nobis stare incipit, ita ut celerrime omnibus qui cum eo sermonem sererent, astrueret, atque ex Scripturis probaret, Christum verum esse Deum. In tantam autem apud populares suos, qui in perplexibili oratione summam et inevitabilem defensionem collocabant, pervenit invidiam, ut per dolum occulte cœdem ei struerent, eaque de causa ad portas civitatis Damasci in insidiis excubarent. Sed enim discipuli, tecna ea cognita, e

<sup>20</sup> Act. IX, 4.

muro eum in sporta demiserunt. Qui cum Hierosolyma pervenisset, periculumque, ut ei cum discipulis convenire liceret, fecisset, fraudulenter eum illi agere credentes aversabantur, neque persuaderi poterant, eadem eum cum ipsis sentire, Certo quippe sciebant, quam adversus illos fuerit, qui veluti ignem prorsus contra Ecclesias spirarit. Ao nisi Barnabas, clarus in septuaginta illorum ascripto ordine vir, oratione sua, vera esse, quae ille praes se ferret, confirmasset, et quae illum scientem vidisset, testificatus esset, re infecta abiisset. Itaque Barnabae suau admittitur: qui deinde, eadem quae alii faciens, Hierosolymis disputabat, argumentisque Christum verum Deum esse confirmabat. Ceterum cum Hellenistae ei adversarentur, cedemque homini molirentur, discipulorum prouidentia Cæsaream deducitur. Inde porro Tarsum mittitur, Christi Ecclesiam adaugens, et aliquos illi credentes semper adjiciens. Sed de his postea.

## CAPUT VI.

*De Philippo uno ex septem diaconis, et de Simone Mago. Item de Candace dynastia reginæ Aethiopum. Item de miraculis divi Petri. Praeterea de Cornelio centurione, et eis qui ex ethnicis animum applicuerint Christo. Et ut Antiochiz Barnabas et Paulus primi fideles ipsos Christianos cognominauerint.*

Persecutione in primis contra Stephanum exercitata, Philippus ex his unus, qui cum Stephano ad diaconatum erant electi, per dispersionem eam in Samaria erat, edendorum miraculorum vi oppido quam pollens. Siquidem tantum ab ea virtute valuit, ut et Simoni arti sua nuntium remittere persuaserit, qui magicois præstigiis longo tempore populum seduxerat. Usque adeo enim imposturis et incantamentis homine 139 ceperat, et tam celebrem ea mortale magica arte famam consecutus fuisse, ut Simonem illi magnam virtutem Dei esse arbitrarentur. Is igitur Simon talis cum esset, misericordio tamen Philippi rebus, quas supra opinionem fidemque hominum edebat, consternatus, baptismum una cum reliqua Samaria subiit, et verbobenus professionem et fidem in Christum egregie simulat: id quod et alii, qui abominandam ejus sectam erant complexi (1), faciebant, fraude et dolo auctoris sui venenum pestiferum in ipsis occultatum, quoed possent, eis qui id suscipiebant, communicantes: qui tamen postea, cum malitia D perversitasque eorum deprehensa esset, merito sunt rejecti. Quemadmodum et Simon iste a divo Petro, qui impositione manuum Spiritum contribuebat, manifeste deprehensus est gratiam eam venalem esse arbitrari: eoque nomine, ut nullius rei homo reprobat atque repulsus est. Itaque ille simulatione percitus contra apostolos eorumque doctrinam se armavit. Porro, cum divina prædictatio instar incendi per omnem iam serperet terram, Candace, satrapa Aethiopum reginæ (patrio-

A ποντό τε καὶ ήχιστα πείθεσθαι εἶχον, ἐκείνοις διδόφρονα καθεστάναι, ἄκριβῶς γε εἰδότες, ὡς ἀντιβαίνων ἦν, καὶ πῦρ ὅντειρυς πνέων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὕστε' εἰ μὴ Βαρνάβας· ἐπίσημος δὲ οὗτος τῷ τῶν οὐ κατειλεγμένος χορῷ συνίστα, λόγοις ἀληθῆ γε εἶναι τὰ κατ' αὐτὸν πείθων, καὶ δοσα ὁώρα πράττοντα διαμαρτυρόμενος, καὶ κενὸς ἀπηλάχη. Νῦν δὲ καὶ εἰσδέχεται· καὶ τὰ ἵστα πράττων ἦν τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις διαλεγόμενος, καὶ πείθων τὸν Χριστὸν ἀληθῆ θεὸν εἶναι. Τῶν δὲ Ἐλληνιστῶν ἀντικαθισταμένων αὐτῷ, καὶ κτεῖναι μελέτην δὲ ποιεῦμένων τὸν ἔνδρα, τῆς ἀπὸ τῶν μεθητῶν προμηθείας τοιχών, κατάγεται εἰς Καισάρειαν· εἴτα τοῖς Ταρσὸν ἀναπέμπεται, τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιτίμων Χριστοῦ, καὶ προστιθεῖς ἀεὶ τοὺς πιστεύοντας.

B Αλλὰ ταῦτα μὲν ὑπέρ.

C ΚΕΦΑΛ. Ζ.  
Περὶ Φιλίππου ἐνὸς τῶν ἐπτὰ διακόνων· καὶ τοῦ μάγου Σίμιωνος· ἔτι τε Κανδάκου τοῦ δυνάστου τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων· καὶ τῶν τοῦ θείου Πέτρου τεράτων· περὶ τε Κορυνήλου τοῦ ἐκαντοντάρχου, καὶ τῶν ἐξ ἑθνῶν προσελθόντων Χριστῷ· καὶ ὡς ἐν Ἀντιοχείᾳ Βαρνάβας καὶ Παῦλος πρῶτοι τοὺς πιστοὺς Χριστιανοὺς κατωνόμασσαν.

Tότε δὲ τοῦ κατὰ Στέφανον διωγμοῦ γενομένου, Φιλίππος εἰς τῶν ἀμαξινῶν Στεφάνῳ εἰς Ιερὴν διακονίαν προχειρισθέντων ἐν τοῖς διασπαρεῖσι γενόμενος, Σαμαρείᾳ προσίσχει, θειῶν τεραστίων πεπλουτηκώς δύναμιν. Τοσοῦτον δὲ ἦν ἐκείνῳ τὸ περιστὸν τῆς δύναμεως, ὡς καὶ Σίμιωνος ἀποστῆναι πισσαί, μαγεῖσις ἐκ πολλοῦ ἔκιστων τὸ ἔθνος. Ἐπὶ τόσον γὰρ ταῖς γοντεῖσι ἐκεῖνοι χειρώσασθαι, καὶ διασόργοτον ταῖς ἐκαπάτταις κατ' ἐκεῖνο εἶναι καιροῦ, ὥστε ἐκείνους τὸν Σίμιωνα τὴν μεγάλην ἡγεῖσθαι δύναμιν τοῦ θείου. Σίμιων δὲ οὖν δύμας, κατέπερ τοιοῦτος οὖν, τοῖς πασαδόξοις τῶν ὑπὸ Φιλίππου γενομένιν καταπλαγεῖς, ὑπέργεται καὶ οὗτος τὸ βάπτισμα σὺν τῇ λοιπῇ Σαμαρείᾳ, καὶ μέχρι λόγου τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καθυπεκρίνετο· ὁ καὶ οἱ τὴν μυστηρὰν ἔντυνοι διαδεξάμενοι αἵρεσιν πράττοντες ήσαν, τῇ τοῦ σφῶν προπτόρος μεθόδῳ τῆς νόσου μετεδόδοντες τὸν ἐκείνοις ἐγκερυμμένον ίόν· ὡς δὲ οὗτοι αἱ οἵτε τοῖς δεχομένοις, καὶ δόποιοι τινες δύντες τὴν μοχθηρίαν, ἐξ ὑπέρ τοῦ ἀλόντες, ἀπώσθησαν ὑπέρ οὐν καὶ Σίμιων αὐτὸς, πρὸς τοῦ θείου καταφωρθεῖς. Πέτρου, τῇ τῶν χειρῶν ἐπιθέσει τὸ Πνεῦμα κατάγοντος, ὕπνοις χρημάτων τὴν χάριν ἡγούμενος, ἀπηλέγηθη μηδὲν ὕπνον· καντεῦθεν ζήλῳ πρωθεῖς, κατέτε τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ δόγματος καθωπλίζετο. Τοῦ δὲ θείου κηρύγματος πυρὸς δίκην ἀντὶ πάστην ἤδη τὴν ἡρόντος, Κανδάκης δὲ τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων δυνάστης· κατὰ τι γὰρ πάτεριον Ήθος ἐπιγυναῖκός τὸ ἔθνος ἔβασιλεύετο· θείῃ τινὶ οικονομίᾳ ἀπαρχῇ, τῶν ἐξ ἑθνῶν προσιόντων Χριστῷ γίνεται· δι' ἐπιφανείας γὰρ Φιλίππῳ τὴν δόδον διεύντι προ-

(1) Omnes qui quoquo modo adulterant veritatem, et præconium Ecclesie levigant Simonis Samaritani magi discipuli et successores sunt.

κολληθεὶς, καὶ διὰ μιᾶς ρήσεως Ἡσαῖου τοῦ προφῆτου τὰ ὅργια τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου μυηθεὶς, καὶ τὸ βάπτισμα εἰσδεξάμενος, ἐπεὶ πρὸς τὴν πάτριον γῆν ἐπαλινόστει, τοῖς ἐν Αἴθιοπικῷ πρῶτος τὴν κατὰ τὸν Θεόν τε καὶ τὸν Σωτῆρα γνῶσιν εὐηγγελίζετο. Κάκεινο τὸ τῆς προφητείας ἔργῳ πληρῶν ἦν δὲ αὐτοῦ, τὸ, Αἴθιοπίᾳ προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ ἐπὶ τούτοις τὰ κατέ τὸν Παῦλον, ὃς μικρὸν ἄνωθεν διελάθομεν, ἐτελείτο. Πέτρος δὲ εἰς Λύδους καὶ τὸν Ἀσσάρωνα ἤκει· καὶ ρήματι τὸν κλινοπετῆ Αἰνέαν ἐπὶ λῃ̄ ἔτεσιν ἔξιασται. 'Ἐν δὲ Ἰόπηρι γενόμενος, περιστάντων αὐτὸν πενήτων τε καὶ δσαις χηρεῖς συνέζων, ὑπὲρ τῆς θανούσης ἱκέτευον Τάβηθας, ἴματια καὶ ἄλλ' ἄττα δσα γε εὗ ποιοῦσα ή Δορκάς ἐδίδου, ἐπιδεικνύμενοι· καὶ τὴν μὲν θάττον ἥ λόγος ἀνιστά· τὸ δὲ πλῆθος ἄπαν τῷ σωτηρίῳ ὑπῆγε λουτρῷ. Ἐκεῖθεν εἰς Καισάρειαν τὰ κατὰ τὸν ἑκατοντάρχην Κορνήλιον ἔπραττε, τὴν ἐκ τεσσάρων δθόνην ἄνωθεν καθιεμένην ἐωρακώς. Καὶ δῆτα Κορνηλίῳ καὶ τοῖς περὶ ἑκείνον διοιμιλουμένῳ, ἀθρόον ἡ τοῦ Πηννύματος χάρις ἐφίππατο· καὶ τῇ τῶν γλωσσῶν ποικιλίᾳ ἡ χάρις ἀριδύλως ἐφαίνετο. Τούτον δὲ οὖτα παρὰ δόξαν γεγενημένων, καὶ τὸ διὰ τοῦ ὕδατος θείον ἡκολούθει λουτρὸν· καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς, μὴ τὴν χάριν συνιέντες, ἐν Ἱεροτολόμοις Πέτρῳ παλινοστήσαντι, περιοργεῖς ἡστην, ἀλλὰν καὶ μυστηρίων κεκοινωνγκότι ἀνδράσι περιθεβλημένοις ἀκροβούσταιν· οἵς μαθοῦσι τὴν πρᾶξιν, ἡσυχάζειν ἦν, ἐκπετληγμένοις ὡς ἄρτα γε Θεός καὶ τοῖς ἔθνεσι τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν. Οὐ γε μὴν διασπρέντες ἐν τε Φοινίκῃ καὶ Κύπρῳ καὶ Ἀντιοχείᾳ, μόνοις Ἰουδαίοις ἐκτίρυντον τὰ τῆς πίστεως· Κύπροι δὲ τινες καὶ Κυρηναῖοι ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενοι, χειρὸς αὐτῶν θείας ἀντιλαμβούμενης, πολὺ τι πλήθος· Ἐλληνιστῶν καὶ ἀριθμοῦ κρείττον ἡγάγοντο· δὲ τῇ ἐν Ἱερουσαλήμ 'Εκκλησίᾳ δῆλον γενόμενον, Βαρνάβαν στέλλειν ἄχρι δὲ καὶ Ἀντιοχείας ἡπειρον, δὲ δὴ χάριτος θείας ἔμπλεως, ἦν. Καὶ δὴ ἐκ Ταρσοῦ τὸν Παῦλον ἀναζητήσας, ἀμφω τῇ Ἀντιοχείᾳ προσθέλλουσιν· ἀπειρά τε προσῆγαν τῷ Χριστῷ πλήθη, ἐπ' ἐνιαυτοῦ τὰς διδασκαλίας ποιούμενοι· κάκεισε τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς καλεῖσθαι πρώτως θεσπίζουσι. Καὶ Ἀγρόδος μὲν εἰς τῶν συνόντων αὐτοῖς προφητῶν τὸν ἐσόμενον λιμὸν προεμήνυε. Παῦλος δὲ αὐτὸν εἰς τὴν ἀδελφῶν διακονίᾳ ἐξυπερτησόμενοι διὰ τὸν εἰσκωμάσαντα λιμὸν ἀπαντάχοι παρεπέμποντο.

Sed enim Agabus, unus ex his qui cum eis erant prophetis, famem futuram prædictit. Paulus porro et Barnabas fratrum ministerio subservituri, propter famem ingruentem, passim in loca omnia milituntur.

A quippe more gens ea a muliere regebatur), divina dispositione, primitiæ ex gentibus in Christum credentibus fit. Cum enim in Philippum iter ex visione facientem incidisset, et per unicum Iesæ propheta oraculum, arcanis sacrorum nostrorum mysteriis ab eo initiatus et baptizatus fuisset, in patriam ipse suam reversus, primus in Αἴθιοπια hominibus Dei Servatorisque nostri cognitionem Iesæ attulit nuntio. Per quem prophetia illa re ipsa est adimpleta: *Αἴθιοπια πρæveniet manum suam Deo* (1). Atque in iis quidem res Pauli, quas paulo ante perstrinximus, consistebant. Petrus autem, Lyddam et Assaronem veniens, Ξεναὶ triginta octo annos lecto affixum verbo solo sanat ac restituit. Joppæ autem cum esset, cumque inopes et viduæ circumstantes, pro defuncta Tabitha, vestes aliasque res, quas eis Dorcas, pro eo atque debebat, dederat, ostendentes supplicarent: dicto citius, illam quidem resuscitat, multitudinem autem eam omnem sacro initiat lavacro. 142 Deinde Cæsareæ centurioni Cornelio officium suum præstat, cum linteum illud a quatuor partibus superne demissum vidisset. Ita Cornelio, et qui cum eo erant, per doctrinam initiatis omnibus, gratia Spiritus sancti supervenit, et linguarum varietate gratia ea manifesto appareret: quibus ab eum modum mirifice peractis, divinum deinde illi per aquam consequuntur lavacrum. Enimvero Petro revertenti, qui Hierosolymis ex circumcisione erant, gratiam ipsam non satis intelligentes, maximopere succensebant, quod salem ac mensam arcanaque mysteria viris præputio obductis communicasset. Qui sane rem eam edocti statim conquivere, animis eorum admiratione consternatis, quod Deus etiam gentibus pœnitentiam concesserit ad vitam. Qui vero passim dispersi erant in Phœnicia, et Cypro, et Antiochia, fidem solis Judæis prædicabant. Cypri tamen quidam, et Cyrenæ, Antiochiae, divina eis opitulante manu, multitudinem ingentem ex Hellenistis numeroque superiorē ad fidem adduxerant. Quod cum Ecclesia Hierosolymitanæ innotuisset, Barnabam Antiochiam mittere properat: qui sane divina refertus gratia, Tarsensi conquisito Paulo, cum eo Antiochiam proficiscitur. Atque ibi anno toto docentes, innumerabilem ad Christum pertrahunt multitudinem, D ibique primum discipulos Christianos vocari debere sanciunt. Sed enim Agabus, unus ex his qui cum eis erant prophetis, famem futuram prædictit. Paulus porro et Barnabas fratrum ministerio subservituri, propter famem ingruentem, passim in

(1) *Αἴθιοπια πρæveniet manum ejus Deo*, hoc est, filii Αἴθιοπιæ current ad expandendum manus suas in oratione coram Deo. (*Psal. lxvii, 32.*)

## 143 CAPUT VII.

*Ea quæ ab Abgaro, in civitate Edessa, per apostolum Thaddæum sunt' acta: et de imagine Servatoris Christi, nulla manu interveniente, picta.*

Opera pretium quoque (1), ut sciatur, illud est, quod Servatoris nostri divinitas et operum supra fidem et opinionem omnium effectrix virtus, per terram universam decantata, multos quoque ex longinquisimis regionibus sanationis incurabilium morborum spe permoverit. Unde toparcha Abgarus ditionem suam ultra Euphratem cum laude administrans, eo quod incurabili torquetur morbo, cum nomen Jesu celebre per terram inorebrescens audisset (testificabatur nimis summa et res ipsa), supplex ei per epistolam fit, liberacionem a morbo eo rogans. Ille vero ad eum quidem venire superedit, per epistolam tamen manibus suis scriptam ei respondit: oportere se, commemorans, cum quæ ei a Patre imperata essent perfecisset, ad eum reverti. Profectione vero ea perfecta, ex sectatoribus suis unum, Thaddæum nomine, ad illum missurum, qui cum morbum illum sanaturus, tum vite sibi suisque melioris administer futurus esset. Itaque post resurrectionem a mortuis, et ascensionem in cœlos, Thomas ex duodecim unus, divino quadam motu, Thaddæum, qui ex septuaginta illis esse cognitus est, ad Edessam præconem et Evangelistam mittit, ut per eum quæ Christus promiserat, omnia exitum suum consequerentur. Atque ibi Thaddæus cum esset. Tobias cuiusdam hospitio exceptus, omnem curabat ægritudinem. Quod ubi audivisset Abgarus, quæ ei a Jesu per epistolam scripta fuerant, in memoriam revocans, statim illum accersit: cuius cum faciem conspexisset, et ad splendorem inde emicantis lucis obstupuisse, in conspectu primariorum circa se virorum procidens, adorationis reverentiam Thaddæo præstat, diligenterque, an ejus qui epistolam ad se misisset Jesu, discipulus esset, inquirit. Tum ille ejus se esse dicit, propertereaque venire, ut fidei fide digna præstaret. Quod si in priore perseveraret sententia et fide, majora eum visurum, et optata cordis ejus ad debilium sūnum suum perversa. Abgarus vero, « Ea est, inquit, fides et persuasio mea, ut etiam non dubitarem, exercitu coacto, contra eos qui illum in crucem egerunt, bellum suscipere: nisi a Romanis, quibus colla ipsi submittimus (2), metus et periculum immineret. » Thaddæus vero, « Dominus noster Jesus, inquit, 444 manu et auxilio humanon non indiget, qui voluntate Patris sui completa, ad ipsum est reversus. » Abgarus rursum, « Sed ego, ait, ipsi Patrique ejus, quæ fidei sunt, rependerem. » « Si hoc ita est, infert Thaddæus, en tibi in nomine Jesu Christi manum meam impono. » Simulque cum attactu et morbus profugiens evanescit,

A

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Τὰ ὑπὸ Αύγάρου ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει γενόμενα διὰ τοῦ ἀποστόλου Θαδδαίου, καὶ περὶ τῆς ἀχειροποιήσης τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ.

Εἶδον μὲν τοις καὶ τοῦτο τῶν ἀναγκαῖων ἔστιν, ὡς ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεότης καὶ παραδοξοποιὸς δύναμις ἀπανταχοῦ τῆς γῆς διαδομένη, πολλοὺς καὶ τῶν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐλπίδι νόσων ἀνιάτων θεραπειας ἤγαγετο· ἐνθεν τοις καὶ ὁ τοπάρχης Αὔγαρος, τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην ἐπιστήμως δύναστεύων, τάχει ἀνιάτῳ καὶ οὗτος ἐκπιεζόμενος, ἐπεὶ τὸ Ἱησοῦ διακούστειν δύνομα πολὺ τι διαθένον τὴν γῆν, ἐμπειρόμενος δὲ ἄρα καὶ τῇ φύμη τὰ πράγματα, ἵκετης αὐτοῦ διεπιστοχῆς ἐγένετο, τὴν γῆν νόσου ἀπαλλαγὴν ἀζῶν. « Ο δέ ἦκειν μὴ ὑπακούσας, ἀντιγραφὸν δέ δύμως οἰκεῖας διασημήνας χερσιν, ἀποστέλλει, Δεῖν ἔστιν, διεξιών, δσα γε πρὸς τοῦ Πατρὸς ἐντέταλματι διανύσσαντα, πρὸς αὐτὸν ἀνελθεῖν. Ἡνίκα δέ οὖν πρὸς ἐκεῖνον στελλασθεὶς μοι γένοιτο τὴν πορείαν, ἔνα τοι τῶν ἡμῶν ἀπαδῶν ἐπιπέμψω, Θαδδαῖον δύνομα· δέ καὶ τὸ σὸν λασάμενος πάθος, καὶ ζωῆς μείζονος σοὶ τε καὶ τοῖς σὺν σοὶ γένταις χωριγός. Καὶ τοίνυν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνοδὸν Θωμᾶς δέ τῶν δώδεκα εἰς, θεὶς τινὶ κινήσει Θαδδαῖον, εἰς δὲ τῶν οἱ οὗτος ἀνεγνωρίζετο, τῇ Ἐδέσσῃ καὶ ρυκα πεμπει καὶ εὐαγγελιστὴν, ὡς ἀντὶ δέ αὐτοῦ, πέρας τὰ κατὰ Χριστὸν ἀπαντα σχήμη. Καὶ δὴ Θαδδαῖος ἐκεῖτε γενόμενος, παρὰ τινὶ Τωβίᾳ εἰσοικισθεὶς, πᾶσαν νόσον ίώμενος ἦν. « Ο δέ ἐνωτισμένος Αὔγαρος, καὶ ἐν μνήμῃ τῶν ἀπεσταλμένων τῷ Ἱησοῦ γενόμενος, εὐθὺς αὐτὸν μεταστέλλεται. Καὶ δὴ τὰς δύνεις αὐτῷ προσβαλῶν, καὶ τῇ ἐκείθεν ἀστραπτούσῃ αἴγλῃ καταπλαγεῖς, πετών ἐνώπιον τῶν ὑπερεχόντων αὐτῷ, τὴν προσκύνησιν τῷ Θαδδαῖῳ ἀπένειμει, καὶ ἀκριδῖαις ἀνηρεύνα, εἰ τοῦ γράφωντος Ἱησοῦ τὴν ἐπιστολὴν ἐστι μαθῆτῆς. Τὸν δὲ φάναι, ἐκείνου τε εἰναι, καὶ δὲ αὐτὸν γε ἦκειν τῇ πίστει τὰ πιστὰ δοῦναι. Καὶ εἰγε τοῖς προτέροις ἐμμένοι, μείζονά τε ἰδεῖν, καὶ τὰ τῆς καρδίας αἰδίματα ἐντελῆ καθεστῶτα. Ο δὲ, « Οὕτω πιστός φησίν, ὡς καὶ δύναμιν ἀναλαβέσθαι αἰρεῖσθαι, καὶ κατὰ τῶν σταυρωσάντων ἐκείνον, πόλεμον ἀνεγερεῖν, εἰ μὴ δέος ἦν ἐκ Ρωμαίων, ἡμῶν ἐκείνοις τὸν αὐχένα κλινάντων. » Ο δὲ Θαδδαῖος, « Ο Κύριος ἡμῶν, φησίν, Ἱησοῦς οὐκ ἐπιδεής ἐστιν ἀνθρώπινης χειρός· τὸ θέλημα τοῦ ἰδίου Πατρὸς ἐκπληρώσεις, πρὸς αὐτὸν ἀνελήφθη. » Λύγαρος δὲ, « Άλλ' ἐώ, φησί, αὐτῷ τε τὰ τῆς πίστεως ἀπεδόμην, καὶ τῷ αὐτῷ Πατρὶ. » « Καὶ εἰ τοῦτο, ἐπάγει Θαδδαῖος, ἰδού ἐν τῷ δύναμι τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ τὴν ἡμὴν χειράσοις ἐπιτίθημι. » « Αμά δὲ τῇ ἀφῇ καὶ ἡ νόσος δραπετεύσουσα ἦν. Καὶ αὐτὸς ἀκαρεὶ ὥστερ ἦν πρὸ τῆς νόσου ἀνεγνωρίζετο. Οὐκ αὐτὸς δὲ μάνος, ἀλλὰ καὶ Αὔδος δ παῖς, νόσῳ καὶ αὐτὸς τοὺς πόδας ἀλγῶν. Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τῶν τῆς πόλεως νόσοις ποικίλαις παλαιόντες, εὐχῆρ τε ἅμα καὶ τῇ ἀφῇ θᾶττον τῶν

(1) Hagiographum hoc. (Euseb. lib. I, cap. 13).

(2) Est hoc summisionis Orientalium populorum Graecorum et Ruthenorum.

δυσχερῶν ἀπολλάττοντο. Ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν πόλιν ἄπασαν ἐκκλησιασας, τὴν κατὰ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν οἰκονομίαν ἄπασαν δὲ ἀπόστολος διεξήει· τὰ τελεώτερα δὲ τούτοις μυήσας, τοῦ τε θείου καταξιώσας γουτροῦ, λερέας τε καταστησάμενος οὓς γε χρεών ἦν, καὶ τὰλλα πάντα καλῶς διαθέμενος, πᾶσαν ἔκεινην ἀφίέρωστ τῷ Θεῷ. Χρημάτων δὲ ἐντεῦθεν διὰ ταῦτα τῷ ἀποστόλῳ πρὸς Λύγαρον κομιζομένων, ἀπείπατο δέξασθαι, «Ἐἰ τὰ ἡμέτερα, εἰπὼν, κατελεῖφαμεν, πῶς ληφόμεθα τὰ ἀλλότρια;» Ή γε μὴν τοῦ Λύγαρου ἐπειπολὴ πρὸς Χρίστον, ἢ διὰ τοῦ ταχυδρόμου καὶ κούρσωρος ἔξαπέστειλεν, ὡς ἐν τούτῳ διαλαβεῖν, τάδε λέξειν αὐταῖς περιεῖχε· «Περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἴασεων ἀκτηκώς, ὡς φαρμάκων ἀνευ καὶ βοτανῶν, λόγως δὲ μόνῳ τυφλοῖς μὲν τὸ βλέπειν, χωλοῖς δὲ τὸ περιπατεῖν, λεπροῖς δὲ τὸν κάθαρον, καὶ τοῖς μακραῖς νόσοις πιεζομένοις καταλληλον τὴν ἰατρείαν ἀμισθί καὶ ταῦτα παρέχεις, καὶ ἄλλα πολλὰ μεῖζα καὶ ὑπερτέρας ἢ καθ' ἡμᾶς δυναμέως, ἔργα ποιεῖς, κατὰ νοῦν ἐθέμην, θάτερον τῶν δύο εἶναί σε λογίζεοθαι· ἢ διὰ σὺ εἶ ὁ Θεός, καὶ λιπῶν τοὺς οὐρανοὺς ἐπεκχωρίασας πρὸς ἡμᾶς· ἢ Γίός εἶ τοῦ Θεοῦ, τοιαῦτα παράδοξα ἔργαζόμενος, διὰ τοι καὶ γράψας, δέομαί σου σκυλῆναι πρὸς με, καὶ τοῦ πάλαι με πιέζοντος ἀπαλλάξτειν πάθους. Πέπεισμα δὲ διὰ καὶ Ἰουδαίοις πονηρῶς πρὸς σὲ διακείμενοι, οὐ καλὰ περὶ σοῦ φρονοῦσιν· ἐμοὶ δὲ ἔστι πόλις, μικρά τε καὶ ἀστυμος· πλὴν καὶ ἀμφοτέροις ἀρχέσει.» Ἐπεὶ δὲ ὁ Αὔγαρος γράφων ἤκιστα εἶχε πείθειν, ἀπέγων γὰρ τὴν Ἰησοῦ παρευσίαν τῇ ἀντεπιστολῇ, λοιπὸν ἐν ἀμηχάνῳ καθεστώς, τῷ πρὸς Χριστὸν δὲ δικαίως βεβλημένος πόθῳ, γράψειν εὖ εἰδότα ἀνδρα διέπεμπε· καὶ τὸν τοῦ προσώπου τύπον ἀκριβῶς γράψειν ἐπέτατε, καὶ αὐτῷ ἔκεινο τὸ εἶδος ἀντὶ τοῦ ποθουμένου κομίζειν. Καὶ δὲ μὲν ἦκε, καὶ στὰς ἐπὶ μετεώρου, γράψειν ὡς εἰκὸς ἐπεχείρει· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐφικνείτο τοῦ ἔργου. ἐμποδὸν καθισταμένης ἔκεινη τῆς ἔκειθεν ἀστραπτούσης τῷ προσώπῳ θείας αἰγάλης καὶ χάριτος, τὸ δρώμενον γῆς, ὁ Σωτῆρ, ὑφασμα ἐκ λίνου πεποιημένον αἰτενιψήμενος δὲ καὶ τὴν ίδιαν ὄψιν τῇ ἀθόηρῃ ἀπομορξάμενος, τῷ Λύγαρῳ ἀπέστειλε. Μόγος γε μὴν ἔχει, καὶ τὸν Περσῶν βασιλέα, εὐφυὴ τὰς χειρας ζωγράφον διαπεμψάμενον, αὐτοῦ τε Χριστοῦ τὸ εἶδος καὶ τῆς αὐδον ὑπερφυῶς τετοκούιας ζέοντι πίστεως πόθῳ, διὰ τάχιστα γράψαι καὶ ἀπολαβεῖν κτησάμενον. Ταῦτα δὲ τῶν ἀνὰ τὴν Ἑδεσσαν τηνικαῖσαν βασιλευομένην πόλιν γραμματοφύλακειν ἐλήφθη· δημοσίοις γάρ ήσαν χάρταις ἐντεριειλημένα. Τὰ γὰρ κατὰ τὸν Αὔγαρον πραχθέντα βιβλία καὶ ταῦτα δὴ περιεῖχον, ἐν τῆς Σύρων μεταληφθέντα γλώσσης· ἀκαὶ προστηκόντως ἐνταῦθα μοι τέθεινται.

modo genuit, matris, quam celerrime imaginem depictam accepisse. Atque hæc quidem ex tabulariis et archivis civitatis Edessa, quæ tum regia administrabatur potestate, sunt desumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Abgari rebus conscripti hæc quoque complectebantur, ex Syrorum lingua translata. Quæ a me recte hoc loco opinor esse exposita.

**A**et ipse brevi momento, qualis ante morbum fuerat, agnoscitur. Ac non ipse modo, verum etiam Audus filius ejus, pedum morbo laborans, multique præterea alii civitatis ejus, variis conflictantes morbis, oratione simul et attactu celeriter gravamine omni liberantur. Post hæc, convocata ad concionem oīvitate omni, apostolus obitam salutis nostræ Servatori Christo functionem omnem exponit, perfectioribus eos sacris imbuit, ad sacram admittit lavacrum, sacerdotes, quos opus erat, creat, alia omnia rite et ordine constituit, urbemque omnem Deo consecrat. Cum vero ab Abgaro ad apostolum deinde pecunias mitterentur, accipera eas renuit: Si enim, inquiens, nostra reliquimus, quomodo accipiemus aliena? Porro Abgari epistola ad Christum, quam per Ananiam expeditum et celerem cursorem misit, quoad crassiore modo concipi potuit, verbis suis hanc complexa est sententiam: «Cum de te curationibusque tuis audirem, te sine remedii et herbis, solo verbo, cœcis visum, clausis pedes suos, leprosis corpus mundum, et qui diuturnis premuntur morbis congruentem valetudinem, et quidem gratuito præbere, aliaque multa viribus nostris majora efficere opera, in mentem mihi venit, alterum te duorum istorum esse arbitrari: vel Deum, qui oculis relictis ad nos secesseris, vel saltem Dei Filium, res tantas supra fidem et opinionem omnem gerentem. Itaque te hoc scripto oro, ut laborem suscipias ad me accedendi, meque, qui jam dudum affligit, inveterato morbo liberes. Persuasum porro habeo, cum Judæi in quo erga te sint animo, non optima eos de te capere consilia. Mihi vero civitas est modica quidem nec admodum celebris, utrique tamen nostrum percommoda. • Postquam autem Abgarus scripto suo persuadere ei quod voluisse non potuit, desperato Jesu, propter resonsum, adventu, **145** quid caperet consilii incertus, eo tamen quo in Christum tenebatur desiderio percusus, pictorem eximium ad eum misit, siue ut diligenter et accurate faciem ejus in pictura effingeret, imaginemque pro desiderato illo sibi afferret, imperavit. Et ille quidem venit, atque in loco sublimiore stans pingere Christi vultum, ut decebat, conabantur. Cum vero oœptum opus non succederet (divinus quippe splendor et gratia in vultu ejus coruscans impedimento erat), re ea cognita Salvator textum lineum petit, in eoque prius loto faciem sam exprimit, et ad Abgarum mittit. Dicitur quoque Persarum rex manu ingenioque promptum pictorem misisse, et per hunc, ferventi fidei desiderio simul et ipsis Christi, et quæ eum divino

—

## CAPUT VIII.

*Ut Tiberius Cæsar, rebus Servatoris Christi ex litteris Pilati cognitis, sit permotus: et quæ de eo Tertullianus memoriarum commendarit.*

Et jam ubique terrarum mirifico verbo disseminato, sermonibus omnium resurrectio, ascensionis, et alia divinam potentiam testantia miracula publice ferebantur. Consuetudo autem jam inde a plurimis annis obtinebat, ut qui præfecturas aut provincias sortiti essent, res novas, quæ sub eis accidissent singulas, summum imperium habenti Cæsari significarent, ut illum nihil prorsus rerum omnium lateret. Itaque de resurrectione ex mortuis, aliisque prodigiis Jesu Christi, Tiberio Cæsari scribens Pilatus, cum res ejus plerasque, tum, quod ex mortuis redivivus, sibique ipsi superstes, Deus jam a multis, et quidem præcipuis inter alios Deus esse crederetur, renuntiavit. Quam rem Tiberius ad senatum Romanum retulit. Senatus autem, non esse deliberandum de ea censuit, sub illo quidem prætextu, quod ille non prius, veteri more, ipsius senatus sententia, in deos esset relatus: 146 re autem ipsa, quod divine doctrinæ disciplina humano prouersus non indigeret auxilio. Sed enim etiam senatus ad eum modum verbum de Servatore rejecisset, Cæsar tamen in sententia sua perstitit, salutarique prædicationi impedimento non fuit. Scriptum hoc nobis reliquit Tertullianus, vir insignis, accurataque legum et actorum Romanorum peritia claurus, in ea quæ ab ipso Latina quidem lingua scripta, in Græcam vero translata est, pro Christianis Apologia; in qua hæc quoque commemorat, ita scribens: « Ut de origine aliquid retractemus ejusmodi legum, vetus erat decretum, ne qui Deus ab imperatore consecraretur, nisi a senatu comprobaretur. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in sacerulum introivit, mununtiata sibi ex Palæstina veritatem dogmatis istius (ibi enim prima initia sumpserat) ad senatum retulit, cum prærogativa suffragii sui. Senatus, quia ipse non probaverat, respuit. Cæsar in sententia manxit, comminatus mortem Christianorum accusatoribus. » Cœlesti nimirum providentia, per ordinationem atque dispositionem competentem, hoc illi suppeditante, ut nullo obstante impedimento, Evangelii verbum per terras passim omnes cursum suum teneret. Sic scilicet vi et efficacia cœlesti salutare verbum, quasi quoddam solis lumen universum habitabilem orbem prorsus illustravit Confestim namque, juxta divinarum Scripturarum præscriptum. *In omnem terram exiit sonus divinorum evangelistarum et apostolorum ejus, et in fines orbis terræ verba eorum<sup>20</sup>.* Proinde per urbes et vias omnes, copiosissimæ messis instar, frequentissimæ numerosissimæque passim Ecclesiæ sunt constitutæ: et qui majorum suorum success-

## ΚΕΦΑΛ. Η'.

‘Μεσό Καίσαρ Τιβέριος τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ὑπὸ Πιλάτου γενόμενα γνοὺς, ἐκινθθη· καὶ οὐα Τερτυλλιανὸς περὶ αὐτοῦ ίστορεῖ.

